

III.
REGNUM MORTUORUM.

Nro. 6.

*Secretum litterarum commercium inter Vivos
et vita functos*

Politicus veteranus, ex Elysio — ad quemdam Tabellarium Novorum in mundo superiore.

Elysium-Meum.—Die Veneris 10. Feb. 1809. (Neov. 20. Jan. 1809)

Quemadmodum Bibliopega Eruditorum accensetur Choro, non secus Tabellarius Ephemeridum ad Cathegoriam Statisticæ & Politicæ refertur. Hæc ipsa ratio est, quod te dilecte Amice! salute reverear, non eo ex motivo, ut ad craterem lautius te invites, verum ut te paullo majoris facias, memor dignitatis tuæ — Honores mutant mores, hoc est: qui honoris sensum habet, cultos quoque mores præsefert.

Quæri ex te solet, dum Ephemerides adfers: an hodie bona nova? quid reponis? provocas ad typo contenta, quæ porrigis nova, & his sermo omnis absolvitur, hæc tu Care amice! ratione tuorum Conductorum gratiam non aucupabere, te oportet Politicæ cognitione tantisper imbutum esse; allusiones, & obscura in Ephemeridibus argumenta declarare, quædam etiam ex proprio politico cerebro adjicere — tum benignis excipere auribus, nonnunquam & ciathus vi-

no replebitur, ceu politicus æstimabere, & a multis prædicabere. Erit nonnunquam, ut vaticinorum te Choro virorum inferas; occasio; Bella, prælia, Tractatus pacis, almae ipsius oliivam pacis prænuncies. Ex hoc magnus in te honor, instar hariolorum tempestatis redundabit; quippe: si eventus non responderit, oblivioni tradetur, contra, si probaverit, excellens insignisque Politicus proclamaberis, & fidem interpono meam: ab omni resecto capite salutaberis, ipsi Ephemericum scriptores summo te venerationis Cultu complectentur.

Aliquot in noris argumenti relationes hæc adnectere lubet. Hodiernus adjunctorum politicorum situs opportunam suppeditat occasionem. De Hispania prophetica vena jam arescit, Comœdia hæc in Tragœdiam Anglicanam jam versa est.

Litterarum e Germania argumentum.

Ad statuendum de Turcis, profecto vetus, omnis emendationis expers, incapaxque, gentis hujus indoles expendenda venit. Die 14. usque 19. Nov. seditionem adversus militarem reformationem seu Seimenos suscipere & perfecere; multas domos incendere, multos homines peremere, & nunc resecto Janiterorum Systemate, pristino mori restituantur, Imperator Mahmudus quasvis, ut Vindobonense paginæ memorant, tumultuosas prætensiones vetuit, & paruerunt.

Revolutio hæc politicas Turcarum relationes interruptit quidem, nihilominus inter-

vertit. Die 8. Dec. Constantinopoli, solennis inchoatio Congressus pacis tractandæ causa cum Russis Bucharesti promulgata, negotiatorque Imperii Cancellarius, & alii duo Imperii primores (Effendi) postremus tractationes ad Dardanellas cum Britannico legato Adair curavit, (quod memorandum dignum) frater Principis Alexandri Morussi, Dimitrasko in eo primarii Interpretis munere defungetur.

Sors igitur Moldaviæ, Valachiæ ita & Serviciæ mox dirimetur. Passim creditur eam Erfurti jam decisam. Si conatus, quo Russi hodiernis in adjunctis Serviciam prosequuntur, ratio habeatur, prope credibile evadit, & hanc provinciã æque ac Moldaviã & Valachiã independentiã donandam esse.

Diversi prorsus generis Conventus non precis, verum damni compensandi gratia Madridi Decreto Cæsareo de 18. Dec. erectus est, perhibentibus Parisinis de 15. Jan. nunciis. Huic Collegio D. Villot-Treville præsidebit; mandatoque instructus est: quasvis prætensiones Gallorum, Italarumque in Hispania commorantium, durantibus tumultibus & sub seditiosi Collegii (Juntæ) imperio damnun passorum, disquirendi; ut perfecte indemnes reddi valeant, prætensiones has legitimis documentis munitas oportet.

Iidem nuncii memorant: Exercitum Gallicum Astorga & Benavento versus Portugalliam profectum, probabiliter eam jam ingressum esse; Dux Dalmatiæ Corunnã pro-

oiscitur; ad Anglos naves conscendentes assequendum, & iis, quantum potest, reditum præcludendum.

Fertur Dux de Infantado cum reliquiis aliquot millium Insurgentium Cueneæ morari. Andalusiam se recipiendi consilium fovit, at Dux Belluno viam eo ducentem præclusit, contenditur ei Madritum versus proficiscendi mentem esse.

Generales Duces *S. Cyr & Duhesme* Barcellona moverunt, pars copiarum iis parentium Valentiam iter dirigit. Tota hæc oræ pars brevi hoste purgata erit. Madrito summa continuo quies in urbe vigere annuaciatur, aliquot leves Equitum legiones versus Cueneam iter ingressæ perhibentur, turbamque fugitivam in hac regione comparentem dispulisse: Agmen Ducis Belluno, postquam a rege Josepho lustratum, motui se accinxit, trinas pedestres cohortes efficit in summa circiter 30000 viros — obsidioni Cæsarsugustæ de præsentī efficaciter opera datur.

Hujatum Diariorum fide excelsum Cæs. Tribunal ad diem 18. h. m. convocatum est. His in Hispania se habentibus nuncius adest Hannovera de 7. Jan. sequens: "heri circiter 8 horam in hujate domnali ita dicta Curia funesta erupit flamma, quæ quamquam omnis opportuna opera adhibita, tanta cum vehementia se diffudit, ut tota solidissimarum ædium moles: contiguæque ei alæ in cineres redactæ. Supellex, maximaque ibi contenta litteralia documenta. (Registratu-

ra Tribunalis aulici quoque), chartæque tu-
tum ad locum delatæ, prout & pars mobili-
um, cetera furenti atrocique flammæ in præ-
dam cessere. Provinciales elegantes ædes
præcipuum urbis deus ante ferme seculum
novitas excitatæ, cum accessoriis 80000 Imp.
impensa; vehementia ignis principio aquæ
ad compescendam flammam inopiam creavit.
Gallici hujates præsidarii laudem strenuita-
tis, solertiæ & opis ferendæ alacritatis sum-
mam retulerunt.

Parisiis die 15. Jan. XXV. Publicum exer-
citus in Hispania Nuncium datum Benaven-
to 5. Jan. „Agmen D. Merle, quod partem
Cohortis D. Dalmatiæ constituit, die 3. præ-
cursoriis copiis ejusdem se adjuvit, 4. po-
meridiana pro agmine extremo Anglorum
constitit, qui stationem suam ad collem Prie-
ros, hors Villa Franca dissitum tenuerant, &
5000 peditum, 600 Equitum effecere; statio
hæc arduum & eleganter impeti potuit. D.
Merle aciem disposuit, peditatus progredie-
batur, Classicum insonuit, & jam Anglo-
rum ordines turbabantur. Incommoditas ter-
ritorii equestrem adgressionem negabat, neo
plures 200 in captivitate ducti. Nostrum
aliquot 50 cæsi, sauciatique.”

„Agminis Dux Colbert, Præfectus E-
questris anterioris cohortis paullum cum pede-
atribus velitibus procedebat perspeculaturus:
an territorium patescat, & equitatum in a-
ciem locare valeat; sic voluere Parcæ! glau-
de plumbea in fronte ictu, stratus, quadran-

te solum vixit; ubi paullo spiritum collegisset, levare se nonnihil imperat, audiensque integram Anglorum cladem, „Matore equidem inquit, morior, mors nihilominus mea magni exercitus milite digna est, quod moriens ultimos perpetuosque patriæ meæ hostes fugientes videam.” Gen. Dux Col-
bert admodum benemeritus miles erat.

„Astorga ad Villam Francam duæ ducunt viæ. Angli dextra, Hispani læva; at absque ordine; ab Hannoveris venatoribus circumdabantur; Gen. Dux unius cohortis, & integrum agmen, officiales, militesque arma deposuere. Dena vexilla, senas machinas bellicas, & universa impedimenta occupavimus. 0

Ex die 27. plus denis millibus in captivitate redegimus, in quibus 1500 Angli, plures quam 400 currus cum impedimentis & comæatu, 15 currus sclopis onustos, omnia promptuaria hostilia, & nosocomia Benaventi, Astorgæ & Bambibræ occupavimus. Postremo loco, penus pulveraria continebatur templo, quod succensum est.

Angli turbato ordine recessere, promptuaria, saucios, ægrosque reliquere; impedimenta in viis relinquunt, plus damni experturi, etiam si naves iis conscendere licuerit; probabileque est, non duros id prius effectui, quam dimidii exercitus jacturam tulerint.

„Sua Majestas certior reddita de eo: Copias Anglicanas ad 20 mille decrevisse; consilium cœpit princeps hospitium Astor-

gam Benaventum transferendi, ubi Eadem al quot diebus moratura, & Valadoti centralem stationem fixura; Duci Dalmatiæ provincia exercitum Anglicanum ad incitas redigendi, dabitur.

In horreis multi Anglorum deprehensi ab Hispanis tunc suspensi, quo commota Sua Majestas horreis ignem subijci jussit. Coloni ut ut injuria adfecti, Jus non habent, persequentem unius alteriusque exercitus militem vita privandi. Sua Majestas jussit: Anglicanos captivos omni, militibus in quibusvis adjunctis liberalium Idearum, & honoris sensus argumenta edentibus debito cultu prosequi. Edocta: in locis, in quibus 10 Hispani Anglo uni captivo opponuntur, Anglos ab Hispanis contumeliose tractari, expilarique; jussum dedit, hos ab Hispanis secernendi, pro iis peculiarem agendi rationem præscribendi."

In Nosocomio Villæ Francæ 300 ægrotos sauciosque Anglos deprehendimus; Angli hac urbe amplam farris, frugum penum concremarunt; magnam rei tormenta vehendæ destin-torum pecorum copiam, & 500 Equos interemerunt; jam 1600 eorum in publica via interemti deprehensi. Numerus captivorum sat conspicuus est, & in horas augetur; in omnibus urbis Cellariis cadavera inebriatorum Anglorum reperiuntur. Princeps hospitium Ducis Dalmatiæ 4. vespere erat 10 horis ab urbe Lugo. Sua Maj. Cohortem Ducis Eichingen. Astorgæ reserva-

vit. Confirmatum est nunciis: Gen. Du-
cem Gouidon S. Cyr cum Cohorte Barcino-
nem die 17. ingressum esse, die 15. ad Lli-
nas copias sub Duoibus Reding & Vives of-
fendit; & eas cecidit, ademptis 6 tormentis,
30 curribus cum comiteatu, 3000 captis.
Unione 7. cohortis cum Generale Duce De
hesme amplius nobis exercitus est Barcinone.

Sua Maj. in Turre Silana existens prin-
ceps hospitium habebat in exterioribus ædi-
dibus Regii Cœnobii Divæ Claræ. In hoc
supremum diem obiit Joanna delira, mater
Caroli 5 Imp. Cœnobium hoc fundamentis
veteris palatii insistit, ex quo adhuc balne-
um, binaque odœa conspiciuntur. Abba-
tissa in conspectum Imperatoris adducta, 75
annorum est, & 65 annis Claustro non e-
gressa. Hæc Sanctimonialis plena erat ad-
miratione ubi prodivisset, verum magna ani-
mi fortitudine Imperatori operam dabat, mul-
tis benevolentis argumentis ab eo pro sua
persona excepta.

Roma (de 1. Jan.) Dte 29. Dec. obiit
Card. Ludov. Valentinus Gonzaga. Episco-
pus una Portensis, S Ecclesiæ Bibliotheca-
rius, & Subdiaconus Collegii Card. Diari-
um de Romana de 28. Dec. in II sedecimæ
formæ paginis textit historiam Conversionis
Joan. Kerfbyl editam a V. Bardini Ord. Præ-
dic. fuit is ex illustri Hollandico stemmate
oriundus, & 5 Sept. 1806. Pisæ sacra Ca-
tholica amplexus.

vit. Confirmatum est nunciū: Gen. Decem Gouviōn S. Cyr cum Cohorte Barcinonem die 17. ingressum esse, die 15. ad Llinas copias sub Duoibus Reding & Vives offendit; & eas cæcidit, ademptis 6 tormentis, 30 curribus cum comæatu, 3000 captis. Unione 7. cohortis cum Generale Duce D. hesme amplius nobis exercitas est Barcinonē.

Sua Maj. In Turre Silana existens princeps hospitium habebat in exterioribus ædificibus Regii Cœnobii Divæ Claræ. In hoc supremum diem obiit Joanna delira, mater Caroli 5 Imp. Cœnobium hoc fundamentis veteris palatii insistit, ex quo adhuc balneum, binaque odœa conspiciuntur. Abbatissa in conspectum Imperatoris adducta, 75 annorum est, & 65 annis Claustro non egressa. Hæc Sanctimonialis plena erat admiratione ubi prodivisset, verum magna animi fortitudine Imperatori operam dabat, multis benevolentis argumentis ab eo pro sua persona excepta.

Roma (de 1. Jan.) Dte 29. Dec. obiit Card. Ludov. Valentinus Gonzaga. Episcopus una Portensis, S Ecclesiæ Bibliothecarius, & Subdiaconus Collegii Card. Diarium de Romana de 28. Dec. in II sedecimæ formæ paginis textit historiam Conversionis Joan. Kerfbyl editam a V. Bardini Ord. Prædic. fuit is ex illustri Hollandico stemmate oriundus, & 5 Sept. 1806. Pisæ sacra Catholica amplexus.